

peccata sua proprio Sacerdoti confiteri, ac in  
iunctam sibi penitentiam adimplere, & ad mis-  
sus in Paschate Eucharistie Sacramentum sus-  
cipere debere, nisi forte de proprijs Sacerdotis  
consilio ob aliquam rationabilem causam ad  
tempus ab huiusmodi perceptione duceret ab-  
stinendū, alioquin & viuentes ab ingressu Ec-  
clesie arceri, & morientes Christiana sepultura  
catere debere. Tamen Sanctissimus in Christo  
Pater & Dominus noster Clemens diuina mis-  
seratione Papa. 7. sibi persuadens non fuisse  
intentionis legislatoris animas illaqueare fi-  
delium, ad communicandum precessere in die  
Resurrectionis Domini nostri Iesu Christi,  
dummodo semel in anno confireantur, & ad  
minus in Paschate suscipiant Eucharistie Sa-  
cramentum in partibus Hispaniarum, in quibus  
propriet numerum communicantium esset im-  
possible, ut in die Paschæ Eucharistiae Sacra-  
mentū suscipere possent Christi fideles, ipsos in  
Hispaniarū Regnis huiusmodi, si à prima die  
Cinerū usquè ad Octauā Resurrectionis Dñi.  
nostrī Iesu Christi, proprio Sacerdoti peccata  
sua singulis annis Confessi fuerint, & intra dic-  
tū tēpus Eucharistiae Sacramentū secundū eorū  
meliorē conscientiæ dispositionē, & ardiorē